

903 ottobre 21, *in casale Avennanu*, nel comitato di Chiusi

Nel placito presieduto dal conte Atto viene decisa a favore del monastero di San Salvatore al monte Amiata, rappresentato dallo scabino Teudilasi, suo avvocato, la causa che il monastero aveva contro Stefanus, figlio del fu Bricioni, e Atrualdu, figlio del fu Ardirico, per una casa situata *in casale Ausareni*, con un terreno intorno alla stessa e altri beni posti nel detto casale.

Originale.

Siena. Archivio di Stato, Diplomatico, San Salvatore [A].

Edizioni: Kurze, CDA, n. 180

+ Dum in Dei nomine istius comitatu Clusense ad sancto Simeon sito in casale Auennanu resedissemus in iudicio nos quidem Atto comis¹, et resedentibus nobiscum Nordimannu, Robbertu, Ausolcari scavini, Alboni, Ado de Silice, Uuilprandu notarii, Petrus, Adalgisi, Adalricu gastaldii, Nittiramu Saligi, quam et aliis plures circum adstantibus. Ibique in nostris veniens presenciam Teudilasi scavinu, qui erant advocato de mostario sancti Salvatori sito monte Amiate², causam nobis dicendo contra Stefanu, filiu quondam Bricioni, et contra Atrualdu, filiu bone memorie Ardirico: “Volo scire, si istis Stefanus et Atrualdu contendere vellent casa et res illa, qui est in casale Ausareni, cum duo sistariorum de terra de grano ad seminandum turno ipsa casa, et due porcioni de ille vinee, qui sunt in iamdictu Ausareni, et medietate de illo campo, et exinde clarefacimus de ipsa terra: quia de uno latere se tangi ad illa terra de illa curte de Cininula, et de alio latere se tangit at terram sancti Petri et excurrit fossatu, da caput excurrit via publica et est terra regine, da pede excurrit flubio Firmone; volo scire, si contendere aut contrare volueritis”. Cum ipse Teudilasi advocato taliter retulissent, adfatuerunt se ipsi Stefanus et Atrualdu, in responsis dixerunt: “Vere ipsa casa in iamdictu casale Ausareni cum duo sistariorum de terra de grano seminandum inturno illa casa, et due porcioni de ipsae vinee, et medietate de illa terra infra super suprascripte loca designate eisdem Teudilasi advocato ad parte de predicto monasterio non contendimus, nec per cartas, nec per testes, nec per ereditate, nec per nulla scripcione firmitatis non contendimus, quia nobis nichil pertinens”. Professio et reflatacio ac facta, tunc nos qui supra iudices auditores rectum nobis omnibus esse paruit et iudicabimus, ut ipsa predicta casa et vinea et terra, qualiter ipsi Stefanu et Atrualdu reflataverunt ipse Teudilasi advocato, ad pars de phato monasterio de pars eisdem Stefano et Atrualdo legibus aberent, et ipsi Stefanu et Atrualdu iuxta suorum professio et refutacio exinde teciti et contempti manerent. In ei modi finita est ac causa. Et anc noticia iudicati pro commemoracione temporibus et securitate ad prefato monasterio nos qui supra iudices Odolbrandus clericus et notarius scrivere commonuemus. Quidem et ego Odolbrandus clericus et notarius³ per amonicionem de super suprascripti iudicium ac noticia iudicati scripsi. Et oc factum est regnante domnu Berengariu gracia Dei rex, anno regni eius Deo propicio sexto decimo, mense octuber, exiente undecimo dies, indictione septima.

+ Signum manus de super suprascriptu Atto comis, in cuius presenciam anc altercacio acta est.

+ Ego Robertu scavinu ibi fui.

+ Ego Nordimannu scabinu ibi fui.

+ Signum manus Alboni, qui ibi fui et manu sua scrivere rogavi.

+ Ego Uuilprandu notarius ibi fui.

- + Signum manus + Signum manus Adalgisi et Adalrico Saligi, qui ibi fuerunt et manu sue scrivere rogaverunt.
- + Signum manus Adoni de Silice, qui ibi fui et manu sua scrivere rogabi.

¹ Conte di Chiusi, forse vassallo del marchese di Toscana, Collavini 1998, p. 55.

² San Salvatore al Monte Amiata, Kurze 1989b, pp. 357-374; Ascheri – Kurze 1989 e più in generale Marrocchi 2014. Viene citato anche nella seguente documentazione giudiziaria: *ChLA*², LXI, n. 37 (novembre 822); *ChLA*², LXII, n. 12 (maggio 828); *ChLA*², LXIII, n. 26 (luglio 886); CDA, II, n. 215, (ante 988); CDA, II, n. 207 (luglio 991) e CDA, II, n. 207 (luglio 991).

² Bougard 1995, p. 351.

³ Ultima presenza di un notaio ecclesiastico tra gli estensori delle carte amiatine, Marrocchi 2014, p. 51.